



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

VI. Min. de Observantia in Terra Sancta possunt exercere artes Medicinæ,  
& Chirurgiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)



serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Consilio, quod vota prædicta in dicta Congregatione Missionis post illius confirmationem Apostolicam præfata emissa, & emittenda ab aliis quam a pro tempore existente Romano Pontifice, & Superiore Generali ejusdem Congregationis in actu dimissionis, ab ipsa Congregatione licite, & valide non poterint, nec possint dispensari, commutari, aut alias quomodolibet dissolvi vigore cuiuscumque Jubilæi, Bullæ Cruciatæ, seu alterius Privilegii, Indulti, Constitutionis, sive concessionis non facientium expressam dictorum votorum mentionem, autoritate præfata tenore præsentium declaramus.

Declaratio.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, ac pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contrigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memoratus Alexander prædecessor in suis literis præfatis concessit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogatio.

§. 5. Volumus autem ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem profus fides tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis si forent exhibitæ, vel ostense.

Fides transumptorum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Junii 1670. Pontificatus nostri Anno primo.

Edit. 23. Jun. 1670.

I. G. Slufius.

*Registrata in Secr. in lib. Brevium mensis Junii part. 1. fol. 230.*

mus, favorabiliter annere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fratibus dicti Ordinis artium Medicinæ, & Chirurgiæ huiusmodi peritis, etiam in sacro Presbyteratus Ordine constitutis, in Terra Sancta prædicta nunc, & pro tempore commorantibus, ut de Superiorum suorum licentia artes Medicinæ, & Chirurgiæ prædictas juxta illarum præcepta ad commodum, & utilitatem Christianorum in eadem Terra Sancta nunc, & pro tempore existentium dumtaxat, gratis tamen, & sine ulla mercede, ac in casu necessitatis tantum exercere, ac medicamenta, & alia necessaria præbere, & adhibere libere, & licite, ac sine ullo conscientiæ scrupulo, vel irregularitatis, alteriusve pœnæ, vel censuræ Ecclesiasticæ incursum possint & valeant, autoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & indulgemus.

Indugetur ut artem Medicinæ, & Chirurgiæ valeant exercere.

Gratis sine ulla mercede, ac in casu necessitatis.

§. 2. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogat contrariis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 7. Julii 1670. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Edita die 7. Julii 1670.

I. G. Slufius.

*Registrata in Secretaria in lib. Brev. Mensis Julii 1670. par. 1. fol. 484.*

V I.  
Edita An. D.  
1670.

Licentia, ut Fratres Ordinis S. Francisci de observantia, etiam Presbyteri, medicinæ, & Chirurgiæ periti de suorum Superiorum licentia artes huiusmodi ad commodum, & utilitatem Christianorum in Terra Sancta existentium, possint exercere.

Indultum concessum Generali, & Diffinitorio Congregationis Montis Oliveti Ordinis S. Benedicti pro tempore existen. utendi facultate creandi Abbates titulares, eis per Constitutiones Ordinis attributa &c.

VII.  
Die 19. Julii  
1670. An. 1.

CLEMENS PAPA X.

CLEMENS PAPA X.

*Ad futuram rei memoriam.*

Nunc primò edita.

*Ad futuram rei memoriam.*

Hactenus non impressa.

Exordium.

Cum, sicut dilectus filius Jacobus Quintana a Jesu Maria Frater expresse professus Ordinis Minorum S. Francisci de observantia nuncupatorum, ac Terræ Sanctæ in Romana Curia Commissarius Generalis nobis nuper exponi fecit, in Civitate Sancta Hierusalem, totaque custodia Terræ Sanctæ dicti Ordinis, nullus adfuit Medicus, vel Chirurgus Sæcularis, qui Infirmis & languidis in eorum infirmitatibus medeatur; Ibi vero esse soleant Fratres Ordinis præfati artium Medicinæ, & Chirurgiæ periti, qui medicam, chirurgicamque manum Christianis infirmis adhibere possent.

Solicitude pastoralis officii, quo Ecclesiæ Catholicæ regimini divina dispositione præsidemus, nos admonet, ut paternam religiosorum virorum Altissimi obsequiis sub suavi monasticæ vitæ jugo mancipatorum curam gerentes, laudabilia eorum studia propositis præmiis excitare, atque fovere quantum nobis ex alto conceditur satagamus.

Exordium.

§. 1. Nobis propterea dictus Jacobus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Jacobi desideriis hac in re quantum cum Domino possu-

§. 1. Dudum siquidem per sel. rec. Urbanum PP. VIII. prædecessorem nostrum accepto, quod in Congregatione Monachorum Montis Oliveti Ordinis S. Benedicti ex multiplici Abbatum titularium, seu Benemeritorum creatione, seu deputazione nonnulla inconvenientia, non sine monasticæ disciplinæ, & regularis observantiæ detrimento orientur, idem Urbanus prædecessor his obviare volens, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione suis Generali, & aliis Abbatibus, Visitatoribus, Diffinitorio, & quibusvis aliis dictæ Congregationis superio-

ribus